



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Ludovicus Rex Confessor. 25. Augusti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

# S. LUDOVICUS REX CONFESSOR.

25. Augusti.

*Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæ-  
sari, & quæ sunt DEI DEO*

Matt. 22.

**V**ultam omnem Ludovici noveris, si lego  
noveris, quas sibi primò, tum deinde  
filio dixit. Harum capita habe.

I. Deum præ omnibus amato. II. Peccatum  
mortiferum ceu anguem fugito. III. Adver-  
sis ne deprimitor. IV. Néve prosperis extol-  
litor. V. animæ plagas spirituali medico cre-  
bro nudato, & medicinam quamvis asperam  
nullam respuito. VI. In precandi studio affi-  
duus esto. VII. Animum in miseros pium  
& liberalem gerito. VIII. Cùm animo mali  
est, in consilium quam mox virum, bonum  
adhibeto. IX. Boni tibi nunquam non ad-  
sunto, mali semper exsunto. X. Bonum o-  
mne amplectitor: malū omne detestator. XI.  
De Deo loquentibus aures lubenter dato. XII.  
Obtrectationibus verò obserato. XIII. Deum  
Divósque impunè, te Rege, nulli laccessun-

to. XIV. Gratus Deo imprimis, sed & ho-  
 minibus esse memento. XV. Pro tribunali  
 aquus esto, & pauperum queremonias ne  
 negligito. XVI. In causa tua, dum res non  
 liquet, contra te statu. XVII. Alienā ocyūs  
 restituito, Clero & religiosis pro scuto esto.  
 XVIII. Parentibus amorem deferto. XIX.  
 Bella, si contra Principes Christianos gerere  
 necessitas suadet, sacris parcito. XX.  
 Lites provirili dirimito. XXI. In Magistratus  
 sedulò inquirito. XXII. Pont. Max. ut par-  
 est, reveretor. XXIII. impensæ modestiam  
 ne excedunto, XXIV. Prome, ubi obiero,  
 sacra fieri curato, Ex Surio.

## M E D I T A T I O.

*De S. Ludovico.*

**S**• Ludovicus merito Rex dicendus est, utpote  
 qui vicitis cupiditatibus corpus rationi, ratio-  
 nem vero Deo subjucerit. Is verè regnat, qui  
 sibi imperat; nunquid autem is sibi imperat, qui  
 jejunio ac cilicio macerat corpus? qui castam in me-  
 diis aulæ deliciis vitam ducit, quasi foret in solitudine?  
 considera virtutes S. Ludovici, vide utrum illas imi-  
 teris, & appetitus tui pareantrationi: *Quid enim tam  
 regium est, quam subditum Deo animum corporu suti esse re-  
 dorem.* S. Leo.

2. S. Ludovicus fuit pater populi, amabat omnes,  
 non amicos tantùm sed & inimicos, detestabatur ob-

\*o) 136 (o\*

rectatores: pauperum lites ipse componebat, idque  
curabat potissimum ut Sanctos subditos habere.  
Habe Deo gratias, si quibus obtemperas ii prædictis  
sint virtutibus S. Ludovici; sin autem tu ipse alio  
præses, memento Patrem te esse subditorum tuorum.

3. Serviat Deo necesse est, qui rectè voluerit re-  
gnare erit. Si quis consideraverit S. Ludovici vitam, lu-  
nè dixerit sanctum hunc regiae majestatis oblitum esse, u-  
se probaret servum Jesu Christi. Terræ principes! n-  
isi Deo servieritis; quid proderunt omnia, ? Non di-  
cet Christus Euge princeps! Euge Rex! Imperator!  
&c. Sed dicet: *Euge serve bone & fidelis intra in gaudium  
Domini tui.*

## S. VICTOR MART

26. Augusti.

*Vincenti dabo manna absconditum.*

*& calculum candidum, & in  
calculo nomen novum scriptum  
quod nemo scit, nisi qui accipit.*

Apoc. c. 5. v. 27.

**E**xpeditius plerumque in opus exit, quod  
ecogitatum diu est. VICTOR toto septen-  
nio in solitudine se macerans præparabat ad  
acerbiora toleranda jamque prædicandæ fidei  
ardore incensus, divino prodibat ex spelun-  
ca impulsu in publicum, ut incendium in

Mau-